

## Dē marī (pars prīma)

Lūcius Piscātor nōmen meum est. Itius portus in Galliā Belgicā nunc mea patria adoptīva est. Ōstiae prius habitābam. Pater meus nauta erat et filium suum amōrem maris docuit. Ā parvulā aetāte mare et omnia maris adamāvī – in lītore navēs longās, onerāriās, piscātōriās observābam, dē animālibus marīnīs narrātiōnēs nautārum auscultābam et librōs dē expeditiōnibus perīculōsīs, facinoribus mīrīs magnālibusque hērōum lecticābam. Nunc egomet magnālibus Caesaris ducis intersum, sed nōn gaudēō.

Invideō cēterīs nautīs et mīlitibus fortūnam, nam crās in Britanniam nāvigābunt, sed ego Itiī manēbō. Amīcōs meōs fortia exspectant, novam et ignōtam terram vidēbunt, sed Lūcius domī manēbit. Centuria nostra in custōdiā castra Itiī cum nāvālī et equīlibus tenēbit. Frūstrā favōrem Caesaris et centuriōnis nostrī conciliāre studēbam, frūstrā tōtam hiemem industriē labōrābam. Centuriō: „Lūcie,“ inquit, „exemplar mīlitibus es, sed morbus tuus in marī sociīs tuīs onerī erit. Manē in castrīs, hīc morbō idōneam cūrātiōnem adhibēbis.“ Nunc fōcāle in locum pectorālium habeō et medicīnam in locum hastīlis teneō.

Sed morbus meus etiam ūnum bonum habet – in propriā casulā habitō. Lignīle meum parvum sed commodum est. In mediō lignīlī mēnsa est, in mēnsā cochlear, stilus et pugillāria mea iacent. Apud iānuam aquimināle cum mantēlī crassō habeō, itaque cum cēterīs mīlitibus lavārī nōn dēbeō. Contrā iānuam cubīle cum cervīcālibus est. Lignīle meum duo lūmināria lūce complent. In angulō lignīlis focus cum cōpiā coctilium est, hieme itaque frīgore līberārī possum.

(Narrātiō continuābit.)

Pozn.: *Itius portus* – gallský přístav naproti Británii, dnešní Boulogne-sur-mer; *patria adoptīva* – druhá vlast; *Ōstia, ae, f.* – Ostie, přístav poblíž Říma; *Ōstiae* (lokál) – v Ostii; *amor maris* (gen.) – lásku k moři; *ā parvulā aetāte* – od dětství; *omnia, ium, n.* – všechno, všechny věci; *omnia maris* (gen.) – vše, co patří k moři; *adamāre* (1) – zamilovat si; *lītus, oris, n.* – mořský břeh (synonymum: *ōra marītima*); *navis, is f.* – loď (*longa* – válečná, *onerāria* – nákladní, *piscātōria* – rybářská); *marīnus, a, um* – mořský; *expedītiō perīculōsa* – dobrodružná výprava; *facinus, oris, n.* – čin, skutek (*f. mīrum* – neobyčejný, odvážný čin, dobrodružství); *magnālia, ium, n.* – velké, mocné činy; *hēros, ōis, m.* – hrdina (z řečtiny); *lecticāre* (1) – často, nebo usilovně čist; *egomet* – já sám; *intersum, esse, fuī* – být účasten, účastnit se (+DAT. - čeho?); *Itiī (lokál) manēre* – zůstat v Itiu; *fortia, ium, n.* – hrdinské, odážné činy; *domī* – doma; *centuria, ae, f.* – setnina; *in custōdiā tenēre* – střežit; *nāvāle, is, n.* – kotviště, přístav; *equile, is, n.* – stáj pro koně; *favor, ōris, m.* – přízeň, náklonnost; *centuriō, ōnis, m.* – setník, velitel; *exemplar esse +DAT* – být příkladem komu; *onerī esse* – být na obtíž; *morbō cūrātiōnem adhibēre* – léčit, použít na nemoc léčbu; *fōcāle, is, n.* – nákrčník, šátek na krk (pro nemocné); *in locum +GEN* – na místo čeho; *pectorāle, is, n.* (obyč. pl.) – brnění, pancíř; *hastīle, is, n.* - ZDE: házecí kopí; *Bonum, ī, n.* – dobro, ZDE: výhoda; *proprius, a, um* – vlastní, samostatný; *lignīle, is, n.* – dřevěnice; *commodus, a, m* – pohodlný; *coc(h)lear, āris, n.* – lžíce; *stilus, ī, m.* – pisátko, ostrý kolík na psaní; *pugillar, āris, n.* (obyč. pl.) – psací destička, zápisník; *aquimināle, is, n.* – nádoba na mytí rukou, mycí nádoba; *mantēle, is, n.* – ručník, ubrus; *crassus, a, um* – hrubý (o látce); *lavārī* (pas. od „lavāre“) – mýt se; *contrā* (předl. s ak.) – naproti; *cubīle, is, n.* – lůžko; *cervīcal, ālis, n.* – poduška, polštář; *duo* – dvě; *lūminar, āris, n.* – světlík, okno; *lūce complēre* – osvětlovat (naplňovat světlem); *mīles caligātus* – prostý, řadový voják; *angulus, ī, m.* – roh, kout; *focus, ī, m.* – ohniště, krb; *cōpia, ae, f.* – zásoba; *coctilia, ium, n.* – velmi suché dřevo hořící bez kouře; *frīgore līberārī* – zahřát se;

## Dē marī (pars secunda)

Prope lignile nātūra parvum sedile in litore creāvit – libenter hīc in sedilī sedēre et mare altum observāre soleō. Nōn possum peregrinārī, itaque saltem ignotās regiōnēs in somnīs videoō. Aliquandō Ōstiae magnam nāvem cum pulchrō aplustrī vīdī – in somnīs nunc nāvem cum aplustrī dēsiderō. Somnōs et dēsideria litterīs mandāre possum, nam memoriālia sōlācium dant. Multī mīlitēs dē Caesaris commentāriīs narrant, Caesarem etiam scriptōrem magnum habent. Sed dux noster nūllus artifex est, Caesarem praecipue bellātōrem habeō. Caesar artis bellicae perītus est, sed litterās nōn callet.

## FĪNIS

Facta: Annō 54 (quīnquāgēsimō quārtō) a. Chr. n. (ante Christum nātum) C. I. Caesar vice secundā ex Galliā Belgicā in Britanniam nāvigāvit (annō praeteritō in Britanniam frūstrā nāvigāvit, nam classem Caesaris tempestās dēlēvit et hiems iam appropinquābat). Castra prōmōvit ūsque ad Tamesim – gentēs Britannōrum Rōmae fidēlitātem et diciōnem spopondērunt. Expedītiōnēs Caesaris Rōmae magnam admīrātiōnem mōvērunt. Dē expedītiōnibus et bellīs suīs in Galliā, Germāniā et Britanniā Caesar in „Commentāriōrum bellī Gallīcī“ librīs narrat. Librīs suīs Caesar favōrem populī Rōmānī et potentiam conciliāre studēbat. Caesar nōn sōlum ēgregius dux, sed etiam magnus ḍrātor et scriptor Rōmānōrum fuit – litterās artemque poeticam bene calluit, etiam M. T. Cicerō Caesaris ēloquentiam laudāvit.

Pozn.: *prope (+AK.)* – blízko, nedaleko; *sedile, is, n.* – sedátko, lavice (nepřenosná); *solēre sedēre* – sedávat; *mare altum* – širé moře; *peregrinārī* (dep.) – cestovat (po cizině); *in somnīs vidēre +AK.* – snít o čem; *aplustre, is, n.* – zahnutá zád’ lodi s ozdobami; *dēsiderāre +AK.* – toužit po čem; *dēsiderium, iī, n.* – touha; *memoriāle, is, n.* (obyč. pl.) – pamětní spis, memoáry; *sōlācium dare* – poskytnout útěchu; *commentārii, ūrum, m.* – zápis (synonymum k „memoriālia“); *habēre +AK.+AK.* – pokládat koho za co; *bellātor, ūris, m.* – válečník; *perītus +GEN.* – zkušený v čem; *ars bellica* – umění válečnické; *calleō, ēre, uī (+AK)* – znát, rozumět, vyznat se v čem;

*Vice secundā* – podruhé; *castra prōmovēre* – postoupit s vojskem; *Tamesis, is, m.* – Temže (AK: Tamesim); *fidēlitās, ātis, f.* – ZDE: lojalita; *diciō, ūnis, f.* – poddanství; *admīrātiōnem movēre* – vyvolat senzací; *favōrem conciliāre* – získat si přízeň; *potentia, ae, f.* – ZDE: politická moc; *ēloquentia, ae, f.* – řečnický, řečnické schopnosti;

## Thema maris in litteris

In multīs monumentīs litterārum mare symbolum longinquitatis, labōrum, sed etiam aviditatis facinorum mīrōrum dīvitiārumque est. Homērus in carminibus suīs clārīs facta Ulixis, hērōis ā Trōiā, ēnarrāvit. Ulixēs multum terrā marique errāvit, multōs dolōrēs tolerāvit, sed tamen postrēmō in Ithacam patriam remeāvit. Posteā Rōmānus poēta P. Vergilius Marō Homēri carminibus sē īspīrāvit et carmen dē Aenēā litteris mandāvit.

Ex legendīs mediī aevī „Nāvigātiōnem sanctī Brendānī abbātis“ admonēmus – nautās cum Brendānō abbate per viam in īsolitās terrās multa mīrabilia exspectābant. Brendānus „Terram Repremissiōnis Sanctōrum“ quaeritābat et ex legendā (decimō saeculō scriptā) etiam Grōlandiam et Americam vīsitāvit, itaque multī legendam Brendānicam Chrīstiānam Aeneidem appellant.

Ex multīs operibus hodiernārum litterārum duōs scriptōrēs admonēbō. Nōmen prīmī auctōris Ernest Hemingway (1899-1961) hominibus nōtum est. Hemingway praecipue fābellae suaे „Senex et mare“ laude flōruit. Piscātor nōmine Santiāgo post multīs vānīs captūrīs piscium (cum parvō puerō piscābātur) sōlus in mare nāvigat. Fortūna senī favet et post longum certāmen ballaenam (exāctē makairam) superat. Sed dēfatīgātus senex praedam suam iam contrā carcharōs nōn tuēbitur et domum tantum ossa portābit.

Andreas Karkavitsas (1866-1922) lectōribus plērumque ignōtus est. Karkavitsas Graecus scriptor et litterāiae artis collector erat, sed etiam opificium medicī exercēbat. Inter aliās fābellās pulchram narrātiōnem „Mare“ litteris mandāvit – in opusculō amōrem maris et aviditātem nāvigātiōnis peregrīnātiōnisque celebrat.

Pozn: *Thema, atis, n.* – téma, námět; *monumenta litterārum* – literární památky; *symbolum, ī, n.* – symbol; *labor, ūris, m.* – útrapa; *aviditās, ātis, f.* (+GEN) – touha po čem; *Ulixēs, is, m.* – Odysseus; *terrā marique* – na zemi i na moři; *sē īspīrāre* – inspirovat se; *Aenēās, ae, m.* – Aeneas, římský hrdina, praotec rodu luliů;

*Legenda, ae, f.* – legenda (středověká lat.); *abbās, ātis, m.* – opat; *admonēre* – připomenout; *īsolitus, a, um* – fantastický, cizí, neznámý; *mīrābile, is, n.* – zázrak, div; *Terra Repremissiōnis Sanctōrum* – „Země přislíbená svatým“; *scriptus, a, um* – napsaný; *Grōlandia, ae, f.* – Grónsko; *Chrīstiānus, a, um* – křesťanský; *Aenēis, idis, f.* – Aeneis (báseň); *Hodiernae litterae* – moderní literatura; *fābella, ae, f.* – příběh, historka, ZDE: novela; *senex, senis, m.* – stařec; *flōrēre laude +GEN.* – proslavit se čím; *vānus, a, um* – neúspěšný; *captūra piscium* – rybolov; *piscārī (dep.)* – lovit (ryby); *certāmen, inis, n.* – zápas; *ballaena, ae, f.* – velryba; *exāctē* – přesně; *makaira, ae, f.* – marlín, nebo také plachetník modrý (ryba dosahující délky až 5 m a váhy až nad 800 kg); *dēfatīgātus, a, um* – vyčerpaný, vysílený; *carcharus, ī, m.* – žralok; *tuērī (dep.) contrā +AK.* – ochránit proti komu; *ossa, ium, n.* – kosti, ZDE: kostra;

*Litterārius, a, um* – slovesný; *opificium exercēre* – vykonávat zaměstnání;